Universitätsbibliothek Paderborn

Petri De Dusburg, Ordinis Teutonici Sacerdotis, Chronicon Prussiae

Petrus <de Dusburg>

Francofurti ; Lipsiae ; Regiom. Pruss., 1679

Cap. CXCV. De Fugâ Sudowitarum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11850

Visual Library

CAP. CXCV.

De Fugâ Sudowitarum.

EOdem tempore Sudovvitæ volentes vindictam ſumere de præmiſſis, cum modico exercitu intraverunt terram Nactangiæ & depopulatâ quadam parte ipſius modicâ receſſerunt, quos fratres cum ſuis armigeris violenter inſequentes occiſis plurimis & lethaliter vulneratis, aliis cum verecundia effugerunt.

CAP. CXCVI.

De Fratre Conrado Magiſtro terræ Pruſchiæ An. MCCLXXIX.

FRater Conradus de (*a*) Wuchvvangen Magiſter Pruſchiæ decimus, præfuit 1. anno. Hic mortuo fratre Conrado de Tierberg Magiſtro terræ Pruſchiæ, & fratre (*b*) Orneſto Magiſtro terræ Livoniæ ab infidelibus occiſo, nunciis utriusque terræ à Magiſtro generali petentibus, datus fuit & Pruſchiæ & Livoniæ Fratribus in Magiſtrum An. Dn. MCCLXXX. ſed elapſo uno anno cum ſentiret, quod non ſufficeret ad utriusque terræ regimen, reſignato officio ſuo in Pruſchia, Magiſter ſolius terræ Livoniæ remanſit.

ANIMADVERSIONES.

(*a*) Recentiores vocant Feuchtwangen.
(*b*) Ernſt. Vocatur in Chron. Antiq. Germ. Regiomont.